



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Carnes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

C A R N E S, 49
C A R N E S.

Prohibitum est omnī tempore comedere carnes Benedictinis ex regula, sed per priuilegium *Alexandri VI.* receptum in quodam Capitulo Cisterciensi, restricta est prohibitio ad certos tantum hebdomadae dies. Sub hoc autem praeccepto non veniunt oua, & lacticinia, licet ex carne originē trahant (cūm pœnæ semper sint restringendæ) sed bene intestina, quæ ab illis edī nequeunt Sabbatho, quamuis consuetudo patriæ, v. g. in regno Castellæ, id aliis permittat. *101. 2. qu. 100. art. 1.*

Regulares non solum possidētes, sed etiam Mendicantes, licitè dispensant cum suis subditis in esu carniū, tam intra quàm extra tempus Quadragesimæ, iusta id exigente causa. *art. 2.*

Consuetudo Carthusiensium, praescripta de non edendis carnibus, licita est & laudabilis, obligatque ad mortale saltem ratione scandalī, *quest. 101. art. 1.*

Etsi non liceat abbreviare vitant ex proposito, verbi gratia, edendo

D noci

nociua, aut minùs parcè, quia hoc
esset contra præceptum charitatis;
nemo tamen tenetur illam proro-
gare cibus delicatis, mutatione
aëris, aut sumptione medicinæ,
31. 2.

C A S T I T A S.

Castitatem solemniter vouentes
in Ordinibus Militaribus sunt
Religiosi; non quidem simpliciter,
sed secundùm quid, in Ordine sci-
licet ad Militiam: vnde fornican-
do committunt sacrilegium. *10m. 1.
quest. 1. art. 6. & quest. 13. art. 1.
& 2.*

C A N T V S.

Quam indecens sit in Officio di-
uino cantus Organicus & Mu-
sicalis, præsertim verò religiosi
personis, declarat *Ioannes XXI. in
Extrauagane 1. De vita & honestate
Clericorum*, quæ incipit: *Docta San-
ctorum Patrum* & hanc Extrauagan-
tem non reuocat *Conc. Trid. sess. 22. in
Decreto de vitandis in Missis, &c. sed
tantùm cantus lasciuos remouet. 10.
1. quest. 40. art. 1. & 2.*

CITA